





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-385105-p0002-7

DFG

3046. B. C. D. 1696 447. 13<sup>a</sup>  
DISSERTATIO THEORETICO-PRACTICA

Modis qvibusdam

securè procedendi in Judiciis:

*Quam,*  
Consensu Magnifici J<sup>C</sup>torum Senatus,  
SUB PRÆSIDIO

VIRI  
NOBILISSIMI, EXCELLENTISSIMI, AMPLISSIMI,  
CONSULTISSIMIQUE

DN. JOACHIMI NERGERI,

J.U.D. & Prof. Pandectarum Publ. Curiæ Electoralis,

Scabinatus & Facult. Juridicæ, qvæ hīc loci sunt, nec non  
Judicij Ducalis, qvod in inferioris Lusatia Marchionatu

est, Assessoris Gravissimi,

DN. PRÆCEPTORIS, PATRONI, ET STU-  
DIORUM PROMOTORIS  
*omni observantiâ colendi,*

Publicæ Eruditorum ventilationi  
submittit

*Ad Diem XII. August. M. DC. LXXVI.*

JOH: GOTTOFREDUS MARTINI,

DRESDENSIS  
AUTOR.

WITTEBERGÆ,  
Typis JOHANNIS SIGISMUNDI Ziegenbeins.



VIRO  
MAGNIFICO, NOBILISSIMO ATQUE  
AMPLISSIMO  
DN. MARTINO  
*Schauen*  
SERENISSIMI ATQUE PO-  
TENTISSIMI ELECTORIS  
SAXON. CONSILIARIO SPLEN-  
DIDISSIMO,  
PROVINCIALIUM UBIQVE RE-  
DITUM, NEC NON CENSUUM  
ELECTORALIUM PRÆFECTO  
SUPREMO  
DN. PATRONO AC STUDIORUM PRO-  
MOTORISUMMO ACCER-  
TISSIMO

Hoc qvicqvid est speciminis Academicis  
in sui ac suorum studiorum com-  
mendationem humillima mente  
offert.

A. & R.



495-

Q. D. B. V.

Ulm omnes singulari mihi quædam ac præcipuâ laude digni videantur illi, qui hactenus nobilissimo illi Theoretico studio omnem dederunt operam, ac in addiscendis, imbibendisq; penitus Juris Romani principiis, summam semper industriam collocarunt, tum ii præcipue excellentiorem longè merentur laudem, qui talem hucusq; studiorum suorum rationem inierunt, ut Theoriā, quæ præter contemplationem, nisi ad actiones ipsas applicetur, nihil utilitatis ferme in se contineat, cum Praxi tandem ipsâ, quæ uobilissimum Tò agere expetit, imò Jure quodam proprio exponscit, conjungere, ac usui Juris Judiciorumq; aliquando applicare sciant §. penult. Instit. de Sat. idat. ubi hæc concepta verba sunt: quæ omnia apertiùs & perfectiùs quotidiano Judiciorum usu in ipsis rerum documentis apparent; hinc Imperat. §. 3. Proem. Instit. nihil in suas Institutiones referri jussit, nisi quod in ipsis rerum argumentis obtinet: Verba certè auro contrà aurea, cum usus rerum omnium sit efficacissimus Magister; & nemo ita protervè discere vult ea, quæ postmodùm in usu non sit habiturus. Vult

& hoc Cæsar , non per saturam Praxin esse tra-  
ctandam, sed qvot diebus, si solidum qvid imbi-  
bere velis: placeant igitur sibi, qui dum pauxilla  
e Practicorū numero in numero degustarunt, se  
exercitatisimos putant: Jus igitur in Scholis ad-  
discitur. Qvorum judiciorum ordo cum varius  
esse soleat, ut horum qvædam sint præparato-  
ria, Aditio nempe Judicis, libelli oblatio , & de-  
niq; Citatio seu in Jus vocatio; qvædam inci-  
dant; qvædam Judicium confirment, uti sunt  
e. g. Cautiones, Probationes, Interlocutoria, &  
deniq; Eργα seu lites ipsæ de qvibus pluribus vid.  
Eckolt. ff. Lib. 5. tit. 1 §. 2. Domin. Struv. Exercit. 9.  
tb. 68. seqq. VVesenbec. ad tit. de Judic. n. 6. Ideoq;  
in præsenti non qvidem de Judiciis, sed de mo-  
dis qvibusdam securè procedendi in illis tan-  
tum Dissertationem hanc conscribere mihi arri-  
sit materia, animusq; constans fuit. Qvò felicio-  
rem autē præsens à me suscepitus labor tandem  
fortiatur exitum, piis precibus jam Numen san-  
ctissimum pariter ac Clementissimum precor,  
ut hisce conatibus meis Spiritu suo sancto ex al-  
to adesse, iisdemq; benedicere velit, ut, qvicq; id  
hâc opellâ sit præstitum, omne in Divinissi-  
mam ipsius DEI gloriam, & proximi emolu-  
mentum cedat!!!

Th. I.

# THESES I.

Cum verò nomina signa ac symbola rerum esse soleant, mediantibus quibus, teste illustri illo Scaligero, ad totam tandem rerum cognitionem provehimur, ideoq; non abs re erit, ut verbum cautionis, qvotuplices assumat significaciones, nunc in antecessum exponam. Denotat autem non solum in genere quamlibet scripturam, quā alicui prospicitur obligationis vel liberationis causā probandæ, imò significat Instrumenta, Tabulas, Sygraphas, Chirographa L.5. ff. famili. hercise. in quā L. eleganter cautions hereditariæ seu obligationes in Originali, uti loquimur, secernuntur à descripto seu recognito, qvod Saxo dicit, vidimurte oder auscultirte Copen/ qvodq; d. L.5. dicitur cautio, hoc in famissimo textu L.40. ff. de R.C. dicitur obligatio. L. penult. §. fin ff. ad L. Falcid. ubi qvod primum JCtus dixerat cautionem, mox Instrumenta hæreditaria vocat. L.27 ff. deposit. in L.24. ff. de constit. pecun. & epistolam, sed etiam jam cautelam l. satisfactionem §.4. Instit. de satisdat. ubi ex textu patet, qvod per cautelā expositam judicium firmandum sit L.21. ff. de Judic. nunc satisfactionem, argumento L.1. ff. qui satisd. cog. & deniq; securitatem L.25. ff. de R.J. quasi dicat JCtus, securius est rem habere, quām ad eandem actionem L.204. ff. de R.J. quā ultima acceptio cum locum hīc invenire videatur, ideoq; secundum methodum nunc ( quia omnis, quā à ratione suscipitur de aliqua re institutio, à definitione profici sci debet, ut id intelligatur, de quo agitur ) primum qvid cautio sit, deinde qvid sint species eius, & quā specierum officia, in sequentibus examinabo ulteriū.

## Th. 2.

Definitur itaq; cautio in latiori significatu, qvod sit Actus, quo aliquem, ratione eorum, quā circa Judicium dubia esse possunt, securum prestat. Dico, qvod Genus in hac definitione sit Actus, uti patet ex generali illa Ulpiani definitione, ad quam etiam est referendum vocabulum cautionis, qvippe qvōd in cautionē res, & nuda, uti mox patebit, interdum verba intervenire solent L.19. §.1. ff. de V.S. Licet enim cautio in d. L.19. non memoretur, dubium tamen non est, qvin Labeo (: de quo Brechens ad d. L.19. p.55. scribit: fuit Labeo

Anti-

Antistius, Legum Morumq; Populi Romani peritissimus, & in  
Jure Civili apprimè doctus, qvi consulentibus de jure re-  
sponsitavit, cæterarumq; bonarum literarum & artium non ex-  
pers fuit: qviq; in Grammaticam & Dialecticam, literasq; antiqui-  
ores alioresq; penetrarat: latinatum & vocum origines ac rati-  
ones percalluerat: sed eâ potissimum scientiâ, qvæ ad extricandos  
Juris gryphos & nodos valebat, uteretur: )eandem sub voce ACTUS  
intelligat: hic enim vel Acta Veteribus erant Commentarii earum  
rerum, qvæ memoratu dignissimæ; qvod hîc usu venit, cum illi,  
cui cautio exponi debet, multum sit situm, ut illa registretur seu  
protocolletur, seu ad Acta publica referatur: qvod facit d. L. 19.  
exempli tantum gratiâ, stipulatio & numeratio sive mutuum; ut  
indubie & alia sint, qvæ sub Actus amplitudine continentur.  
Hinc differt statim ratione causæ materialis ab aliis, utpote qvæ  
circa Actus Judiciales versatur(: qvales Judiciales non accipiuntur  
eo modo, qvo in § 1. Inst. de Divis. stipulat. videlicet pro illis omni-  
bus, qvæ à Judice injunguntur, sive d. §. 1. Inst. de divis. stipulat. Judi-  
ciales stipulationes sunt, qvas Judex juxta officium suum interponi  
jubet, qvasq; ex bono & æqvo exercet, & si fortè casus fuerit, ubi per  
Legem nulla cautio inducta sit, ( sic enim à causa potius efficiente  
h.e. Judice, qvam materiali denominentur,) sed pro iis, qvæ ad Ju-  
dicia rectè & sine periculo expedienda interponuntur, qvales qva-  
tuor vulgo recensentur species (1) Judicatū nempe solvi tot tit ff. Ju-  
dic. solv. (2) Rem ratam haberi tot tit ff. Rem rat. (3) Judicio sisti arg.  
tit ff. qui satisd. cog. (4) de expensis solvendis Auth. generaliter C. de  
Episcop. & Cleric: Wesenb. ff. qui satisd. n. 1. & num. seqq. & opponuntur  
cautionibus extrajudicialibus, qvæ in aliis negotiis ex communi sc.  
sunt conventione utriusq; partis extra judicium, h.e. neq; jussu ju-  
dicis neq; jussu Prætoris, sed ex voluntate contrahentium, pro ma-  
jori securitate & ad subterfugienda pericula interponuntur, qvarū  
natura s. quidditas ostenditur §. 3. Inst. de Divis. stipul. tum per The-  
sin in descriptione, tum per remotionē, opponendo illas Judiciali-  
bus & Prætoriis, non quidem eò, qvasi in Judicialibus & Prætoriis  
nullus consensus & conventio sit, sed qvod origo & conventionis  
causa conventionales faciat: Harum e.g. sunt cautio, qvam præstat  
usufructuarī de utendo fruendo, salvâ rei substâtiâ tot. tit ff. qvem.  
admod. usufruct. car. qvæ satisdatio ad verum usumfructū pertinet.  
Est &

Est & alia ex SCto cautio quasi usufr. propria §. 2. Inst. de Usufruct. l.  
2. ff. de Usufr.earum rerum, cautio damni infecti t.e. ff. de damn.infest.  
qva ob imminentia ædificiorū damage petitur, ad quam exponendā  
Judex diem statuit L. 4. §. 8. ff. de damn. infecto. Cautio de Legato  
conditionali & in diem relictō, post eventum conditionis solvendo,  
ut interim, ante diei & conditionis adventum ob præstitam cautio-  
nem, res illæ legatariis sint tutæ, dolusve malus ab futurus sit L. 1.  
L. 14. ff. ut legator. causa cav. vid. Manzius ad tit. Instit. de satisdat.  
Princ. Causa formalis hujus cautionis est, ut adversario nostro de-  
re, super quā litigatur, sit sufficenter ubiq; caustum, & provisum,  
quippè cum hoc nomine securum eum faciamus. L. 1. ff. qui satisd cog.  
& quidem hac L. 1. dicitur, datis fidejussorib⁹, qvæ pignoratitiā secu-  
rior est, qvia pignora perire possint, & hinc difficilis periculosaq;  
eorundem sit custodia, & qvod magis, qvod pignorum datio no-  
vum debitorem parere nequeat, id autem præstet fidejussoria, dum  
bona fidejussoris non solventis in actu executionis pignori sub-  
jiciuntur. vid. Dn. Franzkius ff. qui satisd. cog. n. 9.

### Th. 3.

Recto igitur nunc pede progredior ad ipsas tandem cautionis  
partes vel species, qvæ recensentur à Dd. & sunt. (1) Satisfactio. (2)  
Pignoris obligatio. (3) Promissio nuda & (4) Jurata. Describitur  
autem Satisfactio qvod sit cautio, qvæ fit datis fidejussoribus d. L. 1. ff. b. c.  
quam descriptionem retinet & Dn. Struv. Exercitat. V. th. 21. Genus  
igitur satisfactio dicitur h. l. cautio L. 1. §. 9. ff. de collat. dicitur e-  
nim ibi caveri aut per satisfactio oportere, ut extra dubium  
sit conceptum cautionis latiorem esse conceptu satisfactio, cum  
subjugat d. L. 1. §. 9. statim JCtus, qvod & pignoribus recte cave-  
atur, qvæ utiq; species est opposita fidejussioni siquidem satis-  
factio propter suam convertibilitatem qvodammodo eadem ferè est  
qvod cautio, & satisfactio idem, qvod cavere vel cautionem præsta-  
re. qvoad quidem conceptum genericum cautionis, qui & totus est  
in satisfactio, alias fateor, qvod qui conceptus specificus est sa-  
tisfactionis, ille neutiquam & ipsius cautionis genericæ, ac ita cau-  
tio & satisfactio converti & reciprocari nequeant. Ratio assignatur  
Cajo

Cajo in L.1. ff. quis satisd. cog. qvia satisdatio eodem modo appellata est, qvo satisfactio, & satisdare, ideo nostro dicimur adversario, cum pro eo, qui a nobis petit, ita cavemus, ut eum hoc nomine securum faciamus. Dico præterea in descriptione, datis fidejussori- bus, ratio mihi ea est, qvia ad satisfactionem expressè fidejussores reqviruntur per L.1. ff. quis satisd. cog. satisfactiones enim propter incertam ac indefinitam rem, ut plurimum, exiguntur L.7. ff. de Praetor. Stipul. siqvidem hæc Lex 7. personis intervenientibus contradistin- gvit pignora sive pecunia depositionem, vid. Struv. Syntagm. Jur. Civil. Exercit. 5. th. 21. Dicitur autem res incerta, in qua quantitas litis exactè sciri nequit, ideoq; facile in jacturam incideret Actor seu Creditor minorem cautionis quantitatatem accipiens, hinc pignoribus satisdatio formaliter sic dicta, qvod tantum in rebus certis ac definitis locum habet, fieri minimè potest, siqvidē pignoribus & satisdatō ca- vere invicem differunt & sibi opponuntur, in L.4. §.8. ff. de fideicomis- libert: ob verba hæc textus; quid est idoneè? satisdatō utiq; aut pi- gnoribus datis, ut innuatur, cautionis idoneæ species oppositas esse cautionem fidejussoriam & pignoratitiam uti & clarus textus est in L.6 ff quis satisd. cog. Qvandoq; tamen consentientibus partibus repro- missio qvoq; sufficit, & ita accipe L.61. ff. de V. S. & L.21. §.f. ff de consti- pec. sive legas satisfactionum sive satisfacturum, utraq; enim lectio genuinum admittit sensum, vid. Dn. Frantzkius ff. quis satisd. n. 21. Pi- gnoris autem obligatio, ut ad alteram cautionis partem descendam, definitur æqvæ, qvod sit cautio, qvæ per constitutionem pignorur fieri solet L.1. §.9. ff. de collat. L.188. ff. de V. S. & hic observa, qvod voca- bulum Cautionis, tanquam Genus summuin, benè accommodari ac applicari possit etiam ad pignoris obligationem, tanquam nativam & non repugnantem speciem, quam J. Ctorum interpretationem vo- cant extensivam, uti ex ead. L.1. §.9. satis adparet. Complectitur porrò, non solum promissionem nudam, qvæ verbis fit §.1. Inst. de Divis. stipulat. L.1. §.1. ff. de Praetor. stipulat. ubi per parallelismum o- stenditur, istam cautionem solâ promissione contentam esse L.21. §.1. ff. de edilit. Edict. L.14. §.11. vers. pro eo autem ff. qvod metus causa, & potissimè §.2. Inst. de Satisd. sed illam etiam, qvæ jurejurando fit §.2. Inst. de Satisd. qvæ & adjuratoria audit, in L. fin. §.f. C. de Castren- siar. simul continet. Nuda autem Promissio, ut in orbitam redeam, dicitur

dicitur illa, qvæ per nudam & verbalem reprobationem fit L. 61. D.  
de V. S. Juratoria verò, qvando præter verbalem reprobationem  
accedit Juramentum L. fin. ff. qui satisd. Hæc igitur videbantur  
pro intellectu præsentis materiæ de Cautione in genere sic dictæ e-  
jusq; speciebus ac partibus præmittenda. Nunc igitur in specie ad  
personas ipsas, à qvibus cautiones exigi solent, ordine proceden-  
dum erit.

### Th. 4.

Præstabant autem primo loco cautionem Judices & qvidem  
notante Gottofredo ad l. 14. C. de Judic. n. 36. antiqui ante Caji Cæ-  
saris tempora, qvi sorte eligebantur, olim in initio cuiusvis causæ,  
nec aliter judiciale calculum accipiebant, nisi priùs Sacramen-  
tum præstitissent, se se omnimodò cum veritate & Legum observa-  
tione Judicium esse disposituros, uti ex ipsissimis cit. L. verbis ad-  
paret. Hodiè tamen id correctum, & sufficit, si sub initium sui Ma-  
gistratus Jusjurandum præbeant, qvod omnia secundum Legem &  
Jus & qvidem omnium communiter agere velint, wenn sie zu den  
Gerichten geschworen: Nov. 15. c. 1. §. 1. tunc enim mandatur ipsis  
quasi universitas causarum, uti eleganter hac de re differit Dn.  
Hahn. ad Wensenbec. ad tit. ff. qui satisd. n. 6. & adhuc practicatur  
quotidiè, usuq; ac observantiâ ita invaluit hic Wittebergæ, ut con-  
firmatus qvotānis à Serenis Electore recturus Senatus, præsentibus  
civibus, ab initio suscepit Regiminis, seqventi formulâ semel juret:  
Ich schwere / daß ich dem Churfürsten zu Sachsen/ Sr.  
Churfürstl. Durchlauchtigkeit Erben / dem Rath zu Wit-  
tenberg/ und der ganzen Gemeine getreue und gewehr will  
seyn / über Churfürstl. Befehlige/ gemeine Stadt-Freyheiten/  
Willkür / übliche Gewohnheiten/ Statuten / Ordnung und  
Satzungen getreulich halten / und darnach die brüche richten/  
und von einander sezen/ und nicht ansehen/ Freundschaft/ Gifft  
noch Gaben / sondern will richten den Reichen als den Ar-  
men/ und den Armen als den Reichen rc. rc. Qyæ verba Ju-  
ramenti posteriora ex suprà allegata Nov. 15. c. 1. §. 1. pr. & ex pr.  
Instit. de offic. Judic. maximâ ex parte videntur esse desumpta.

B

Caven-

Cavendum igitur judici , ne præter Leges pronuntiet : non possum mihi temperare, qvin Imperat. Orientalium Leonis & Alexandri Novellam terribilem, qvæ in Corpore Juris Græco - Romani, tam Canonici qvam Civilis p.103 est, citem. Evidem arbitror, neminem ex iis, qui Judicium nocti sunt officium, ad tantam improbitatem unquam exorbitatum, ut præter Leges scriptas existimet ferrundas sententias. Si tamen alius ad eam temeritatem prouerit, deprehensus quidem statutam Legibus pœnam luet: Sin autem clam nobis id fecerit, minime oculum illum insomnem latebit: nihilominus valde nos prudenter facturo existimavimus, si hanc rem execrationibus etiam cohiberemus. Itaq; Deum hic sibi adversantem inventiat, & cœlestes ac incorporeas Potestates infestas: ante diem de his præsenti vitâ migret, atque etiam futuræ jacturam faciat. Ædium ipsius fundamenta consumat ignis, & semen ejus perpetuam ignominiam sentiat, ac panem mendicet, quandoquidem Legum libertatem corruptis sententiis servire coegit. Si autem contra illud Judicis juramentum judicatum fuit, & dolus malus sive fordes postmodum appareant, actione tunc malè judicati conveniri potest L. 15. ff. de Judic. & dolus tunc Judicis, qui largitione, odio & gratia depravatus, severius vindicatur, famæ nimirum dispendio, & verâ litis aestimatione L. 15. in f. ff. de Judic. vid. Vinn. in not. Instit. ad pr. de Oblig. ex quasi delict. Secus tamen erit, si per imperitiam malè judicaverit L. fin. ff. de Extraord. cognit. nempe si per se, non verò ex consilio Assessoris malè judicet arg. L. 2. ff. qvod quisq; Jur. vid. Dn. Frantz k. ad pr. Instit. de obligat. que ex quasi delict. n. 9. p. 531. tunc enim neq; tenetur ex contractu, qvia contractus utriusq; consensum reqvirit, læsus autem tali sententiâ, non consentire præsumitur, nec ex quasi contractu, qvia quasi contractus à Jure quidem est permisus, non autem est permisum Judici, ut qvem velit litigantium, injuriâ afficiat, nec ex vero delicto, qvia secundum Harprecht; ideo verè ac propriè delinqvere non potest, cum dolo careat, sibiq; qvod rectissimè sic judicet, perswasum habeat. Ergo tenetur ex quasi delicto, qvia neq; ex dolo, neq; ex lata culpa, sed magis ex imperitia & imprudentia suâ conveniri potest, quo casu litem suam facit, h.e. damnum partis læsæ in se transfert, & damnatur ad interesse partis læsæ, sustinetq; pœnam, in quantum ea de

eā de re æqvum religioni Judicantis visum fuerit , atqve ita non  
 condemnatur in solidum seu in æstimationem totius causæ, uti hac  
 de re constitutum in l.fin. ff. de extraordin. cognit. L.5. §.4. D. de O. &  
 A. Sed judicans rationem habere debet sumptuum damnorumq;  
 lœsæ partis vid. Myns. ad pr. Inst. de oblig. quæ quasi ex del. & Ca-  
 spar. Manz. in commentar. Inst. ad d pr. h.t. Scripsi, qvod Judex  
 ex imperitia judicans non in solidum condemnetur ob l.fin. ff. de ex-  
 traordin. cognit. & pr. Inst. de obligat. quæ quasi ex del. sed qvod æ-  
 quum fuerit alteri Judici, & textus hosce concilia, cum l.fin. C. de  
 poena Jud. qui male judicavit, qvod loqvatur de Judice qui do-  
 losè & per sordes male judicavit, ut non solùm æstimationis dis-  
 pendium, sed & litis discrimen subeat: quas prima fronte ita con-  
 ciliatas esse Leges, habeo præuntem Oldendorp. in Clas. Action.  
 Cl. VII. Act. 13. n. 5. p. 1133. scribentem; Rei persecutoria est ut da-  
 mnum totius causæ sarciat lœso Actori vel Reo convento sc, si do-  
 lus malus interveniat: alioqui imprudens Judex, quatenus dam-  
 num litis solvere debeat, religione ejus, qui cognoscit in hoc Judi-  
 cio, derelinquitur, ut is æqvitatem spectet, secundum qualitatem  
 erroris admissi; & sic conciliatæ sunt supra dictæ Leges, quarum  
 altera ff. de extraordin. cognit. loquitur de arbitrio Judicis, altera  
 C. de poena Judicis, vult intelligi de æstimatione totius litis.  
 Idem Judices præstare debent secundo loco salvum conductum  
 iis, quibus locus Judicii non videtur satis tutus, das sichere Ge-  
 leithel & à Carpzov. Pr. Criminal. part. 3. quæst. 112 n. 6. Salvus condu-  
 ctus in genere aescribitur, quod sit legitimum præsidium, quod ci-  
 tato pro aversione periculi carceris aut alterius offendionis à Ma-  
 gistratu conceditur: vid. Carpzov. d.l.n. 6. Specialis vero conductus  
 est, quando Judex præstata à Reo cautione idonea dat securitatem,  
 per literas, ut vocant fidantiae, ut per totum tempus litis durantis li-  
 ceat ipsi in loco Judicii commorari, & deliberare super defensione  
 sue innocentiae, & dicitur Germanicè das frēne sichere Geleithe zu-  
 redt und vor unrechter Gewalt/ & pro fundamento habet (1) æqvita-  
 tem, utilitatem & necessitatem. (2) Petitionem ac desiderium  
 Reorum, licet enim videatur hæc petitio ex eā potissimum parte  
 frustanea, cūm Rei vel innocentes sint, & tunc non opus habent  
 imploratione l. 14. §. 1. ff. ut Legator nomine, unde hoc argu-  
 men-

mentum fluit: Sicut perquam iniqvum est, hæredem fideicommis-  
sariâ cautione onerare, si liqveat, nullum relictum esse fideicom-  
missum, ita & contra fas erit, ab eo, qui insinuatur delicti, sed inno-  
center, cautionem exigere. Vel nocentes, & tunc inaniter auxi-  
lium Legis & Justitiæ invocant, contra quas tamen enormiter de-  
liqvèrè l.37. ff. de minor. Rectè tamen ad redimendum sanguinem  
suum Rei metuentes offensionem, confugiunt ad hoc asylum im-  
petrandæ securitatis, cum Judices, non modò haud raro magis  
uni, quam alteri parti sint benigniores & æquiores, Clement. Pasto-  
ral. §. præhabitæ de sentent. Et re judic. ubi dicitur: Verùm quia  
hujusmodi sententia, quæ non à discretione matre virtutum, sed à  
noverca Justitiæ voluntariâ sc. jucicantis præcipitatione, proces-  
sit: benè quidem Judex informatur, & ne patiatur se ullo modo  
in causis capitalibus, à tramite Justitiæ avelli (sed in causâ, quam  
affectionavit Papa Clemens V. cum sua inclemensia, dum Imperatori  
abjudicare vult provinciam judicandi de crimine Majestatis Regis  
Siciliæ Vasalli Cæsarei. Rectè Additionator ad Colleg. Argentorat. ff.  
ad L. Jul. Majest: §. 5. unde si quisquam conjiceret Clementinam i-  
stam in odium & necem Imperatorum & fraudem Imperii, &  
ut Papa id definiverit contra Imperium, cui nec de Jure Divino nec  
Imperatorio ulla potestas est in Imperatorem, veritati nihil præju-  
dicaret, cum ante Papalem illam Clementinam id fortassis neq; au-  
ditum sit.) Petitur autem illa securitas ab eâ tantum violentiâ, quæ  
de facto, non de jure fieri potest: Sic namq; in Nemesi Carolina  
Art. 156. ordinatum est: Und soll derselbige zun Rechten für un-  
rechten Gewalt/und nicht weiter vergleitet werden / quæ verba sal-  
vum conductum indicant, non tantum ad veniendum in judicium,  
sed ad recedendum, vid. Bernhard Zieritzius in Not. ad Caroli V.  
Crimin. Constit. d art. 156. p. 165. Et Matthias Stephani ibid. p. 189. Lar-  
giri vero potest salvum conductum Judex (merum Imperium ha-  
bens c. 4. X. ut lite non contestata non proced. vers. quo sine mor-  
tis periculo accedere non audebat: nec dubium facit l. 4. ff. de pœn.  
cum ibi tractetur de eo, qui ob delictum suum relegatus est, cui  
commeandi & remeandi facultatem nemo nisi Princeps dare pot-  
est, vid. Carpzov. Pr. Crimin. P. 3. Quæst. 112. à n. 22.) quando de cri-  
mine adhuc incertus; neq; Reus confessus nec convictus est, aut  
innoc-

innocentiam suam deducere ac probatam dare vult. Qvare ad instantiam rei Judex præviâ causæ cognitione arbitrari debet, utrum causa à citato allegata sufficiens sit ad impetrandam securitatem nec ne? vid. *Carpz. Pr. crimin. P. 3. Quæst. 112. n. 31.* Aliter tamen se res habet in manifestis ac notoriis delictis, in qvibus haud quaqvam securitas concedenda est, qvoniam talis concessio tendet in perniciem Reipubl. *L. 13. ff. de offic. Presid. L. 1. §. 26 ff. de quæst.* Reus autem carceres evitabit offerendo cautionem fidejussoriam, qvia ipsius crimen non ita est notorium, sed consistit adhuc in probatione *Coler. in Proces. execut. P. 2. c. 3. n. 85.* Reus etiam potest opponere exceptionem de loco non tuto, qvando securitas ipsi non præstatur: excusat etiam hæc exceptio à contumacia, uti patet ex formulâ pronuntiari solitâ apud Zangerum, daß Angeklagter noch  
bur Zeit vor ungehorsam nicht zu achten/ *Tr. de Except. P. 2. c. 5. n. 9.*  
nec cogitur comparere, anteqvâm assicuretur c. qvoniam x. de probat. ubi utilia cauta sunt contra iniqvos Judices; & ne Acta judicii falsificantur. Effectus hujus specialis salvi conductus est, qvod aliquando tribuat Reo gratiam, non tantum liberè ad judicium eundi ac redeundi, sed præterea per totum tempus durantis litis in loco ac ditione istâ Judicij commorandi, & negotia sua traxandi, hinc in concessione specialis salvi conductus instrumentis securitatis plenariæ hæc verba inseruntur bis so lange etwas peinlichес wider ihit erkandt/ qvibus significatur salvum conductum tamdiu securitatem tribuere reo, donec vel pœnâ capitali, vel aliâ corporis afflictivâ reum afficiendum, aut quæstioni subjiciendum esse, Judex pronuntiaverit, eaq; sententia publicata fuerit: vid. *Carpzov. in Pr. crimin. p. 3. quæst. 112. n. 62.*

### Th. 5.

Sed emansor qvodammodo hactenus fui, jam ad ipsos etiam actores, qui ad cautiones præstandas obligati sunt, venio. *Perez. quidem C. de satisdando n. 4 scribit*, qvod Imperator in Institutionibus ( Tit de satisdat. ) actoris nullam mentionem fecerit, qvia is neq; veteri Jure neq; novo satisdare cogebatur: sed *hunc Perezianæ opinioni simpliciter velle fidem dare, contra ipsas Institutiones Imperiales*

B 3

foret,

faret, e.g. contra pr. Instit. de satisdat. vers. ipse autem qui in rem a-  
gebat. Unde a contrario fluit, quod actor alieno nomine agens  
satisfare jussus fuerit rem ratam Dominum habiturum esse, adde-  
l. i. ff. rat. rem hab. vid. Dn. Frantz. ad pr. Instit. de satisd. n. 14. Et  
Paul. Voët ibid p. 491. quamvis fatendum sit, quod Jure novissimo fir-  
mius quid sit constitutum, nempe reum non vocari in Jus legitimè,  
nisi prius actor actionem suam instituens caveat, quod (1) intra  
duos menses a tempore libelli porrecti litem cum reo contestari ver-  
lit Novel. 96. c. 1. Authent. libellum C. de lit. contestat (recte enim dici-  
tur litem cum reo contestari auctorem, est enim litis contestatio  
controversia narratio apud Judicem facta l. i. C. d. t. v. Ummius Disp.  
ad Process. XII. th. 1 n. 2. ex qua litis recensione apparet, quod actor  
& reus litem contestentur l. i. §. 1 ff. de litigios. nec aliud persuaderi  
poterit ex l. 14 ff. de his qui not. infam. vers. quippe cum initio lis  
in eum contestata non sit, quasi solus actor cum reo litem conte-  
stetur, nec enim textus praese fert actoris solum esse, contestari li-  
tem: ac licet verba d. l. 14. tractent de auctore, litem contestante, id  
tamen sit ea fini, ut constet, quid litis actor contra reum narraverit,  
& probet JCtus, dominum servi nomine judicium accipientem,  
ac ita ut reum condemnatum infamem non fieri:) (2) usq; ad fi-  
nem in judicio permanere Authent. generaliter C. de Episcop. & Cle-  
ric. Litemq; prosequi Nov. 112. princ. & si iniqvè litem moverit,  
eāq; cadat (3) expensas reo refundere velit Novel 112. c. 2. Au-  
thent. generaliter C. de Episcop. & Cleric. Hoc tamen observandum  
est, quod in foro Saxonico, non solum de refundendis expensis &  
damnis litis in eventum succumbentiae restituendis, sed etiam de-  
stando ac respondendo coram Judice in eodem Judicio in casu pro-  
positae Reconventionis, actor cavere debeat, quæ satisdatio vulgo  
cautio pro Reconventione & expensis dici solet der Vorstand vor  
die Expens und Wiederflage Constit. Elector V. p. 1. N. G. Q. tit. 13.  
vom Vorstande / & prius non potest Reconventio institui, nisi  
conventione demum finita, tunc enim actor coram Judice eodem  
Reo reconvenienti respondere tenetur, apud quem ipse Reum an-  
teà convenerat, licet alias Judex isti actori competens non sit,  
Constit. Elector. 7. p. 1. §. Dieweil wir aber gemeinet seyn in verbis:  
sondern es soll der Kläger vermöge der Sachs. Rechte disfals auf die

die Wiederklage zuantworten nicht schuldig seyn/ es habe sich denn  
 zuvor der Beklagte von ihm gebrochen / und sey die Klage der con-  
 vention geendet und erörtert/ alßdenn sol der Beklagte mit seiner Wi-  
 derklage gehöret werden & in novâ Ordin. judiciar. Tit. 6. von der  
 Wiederklage in pr. dicitur, und sey die convention. Klage durch  
 würeliche völlige bezahlung gänzlich erleget. Limitatur tä-  
 men assertio, qvod non procedat, qvando actor vel in loco Judi-  
 cii, in quo actio instituitur, vel etiam in eādem Provincia & Territo-  
 riu bona possidet immobilia , tunc enim omnino à cautione est  
 immunis, propter verba expressa Constit. Elector. V.p.1. Der so unter  
 uns Güter hat/ und genungsam in unseren Landen besessen/ soll den  
 Vorstand vor die Expens und Wiederklage zubestellen nicht schul-  
 dig seyn/ ob er gleich unter dē Gerichte/dafür er getagt/nicht sāßhaft/  
 & in Novâ Ordin. Judiciar. Tit. 13. pr. Nam cautio hæc ab actore ideo  
 exigitur, ne reus victor existens periclitetur, actore aufgiente ra-  
 tione expensarum & datni dati, qvæ ratione cessat , qvando actor  
 bona in Territorio ejusdem Principis possidet immobilia: qvapro-  
 pter cautio non exigitur l.15. ff. qui satisd. cog. ubi in pr. dicitur:  
 Sciendum est, possessores immobilium rerum satisdare non com-  
 pelli, qvam de solā judicio sisti satisdatione accipi non posse, tota  
 hæc Lex probat, præprimis d.l.15. §.6. Non autem Jure civili cautio  
 hæc est usitata, qvoniam ille modus Jure civili planè est incognitus,  
 hinc rectius cum B. Dn. Carp. in Proces. tit. 9. artic. 5. n. 4. statuimus,  
 qvoniam illa Reconventio suam verè à moribus Saxonici originem  
 traxit. Non itaque seqvendus est Joh. Emeric. à Rosbach,  
 Autor alijs in Praxi maximè roseus , ut ad ipsius Gentilitia In-  
 signia ludam, qui in suo Processu civili Tit. 45. n. 6. p. m. 292. scri-  
 bit: aut Jure Civili scripto etiam de sistendo ad reconveniendum  
 in eodem Judicio §.3. Instit. de satisd. l fin. C. de Procurator. nec enim  
 hi Textus assertum, imò magnum Illius postulatum, probant, si  
 qvidem si §.3. Instit. de satisd. rectè allegatus est, ibi tantum tracta-  
 tur de satisdatione rem à Domino ratam habitum iri, aut, si debet  
 esse §.4. f.d.t fortè ob hæc verba: qvod tempore sententiae recitan-  
 dæ in judicium veniet, ad negotium nihil faciunt, sed hanc admitt-  
 tunt interpretationem, argumento à comparatis instituto: Quem-  
 admodum Dominus pro Procuratore satisdat, Iudicatum solvi, ita

Pro-

Procurator ex adverso pro Domino cautelam exponit, illum tempore publicandæ sententiæ præsentem fore; quæ à Procuratore expressa cautio quomodo potest esse cautio pro reconventione, cum d.S.4. Inst. de instantiâ solius conventionis agatur? nec ex d.l.fin.C. de Procurat. vola vel vestigium ostenditur cautionis alicujus pro reconventione, ad conventionis Processum constitui Procuratores dictus textus adserit vers. qui ad litem ab aliquo datus est Procurator. Ideoq; cautiones illæ, quas actores alias Iure Civili præstare tenentur, nullam convenientiam habent cum satisd. pro Reconventione & expensis. Vid.Carpz.Process.tit.9 art.5 n.5. Si autem addè pauper quis est, ut realiter illa præstare nequeat, tunc Iuratoria admittitur per Authent. generaliter C.de Episcop. & Cleric.hinc in O. Process.J.Sax.Tit.13. vom Vorstande S.f.hæc verba habentur: Do aber der Kläger Armut hälber den Vorstand zubestellen nicht vermöchte/ und mit seinem Ende betheuren würde / er habe so viel nicht im vermögen/glaube auch/er könnte nach angewendeten möglichen Fleiß/ solchen Vorstand mit Bürgen oder Pfand nicht bestellen/soll er ohne ferneren Beweiss eydlichen zuleissen zugelassen werden/ vid. Carpz.p.1 Constit.5 def.9.Berlich p.1. Concl.20. n.52.

Ultima deniq; Cautio, quæ in foro Saxonico specialiter recepta est, & ab Actore præstanta, Gvaranda est, & dicitur german. die Gewehr/quam nonnulli à vocula Guerra, quæ vox Iltem significat, deducunt, Coler. Proces. execut. p.4. c.3. n.18. estq; nihil aliud quam Cautio, quam actor præstat reo, quod in actione semel instituta permanere, & reum securum præstare, eumq; contra quemcunq; alium, si ab illo eadem actione conveniatur, defendere velit: vid. Carpz. p.1.C.4.satisq; hec in Jure veteri Saxon. Sachsen/Spiegel Lib.3. Artic.14..p.326 fundata est, ubi dicitur: Wer umb Ungerecht verklaget wird/ der bitte zum ersten die Gewehr / denn weil die Gewehr ungelobet ist/ so mag er der Kläger bessern und endern seine Klage und darnach nicht mehr/ ubi ante ipsius præstationem actor libellum corrigendi & minuendi potestatem habet post illam vero præstitam minimè. vid. Zanger. de Exception. P.2.c.21. n.62. p.278. Causæ, quod obiter notandum, in quibus Gvaranda ab actore præstanta venit, sunt tam Civiles quam Criminales, uti recte sentiunt Colen.p.1.Decif.109.n.10.Carpz.p.1.Constit.4.def.6. Qvod & verbis distinctis

sertis expressum in Text. *Welcheslibb* Art. 114. verb. *Gewehr* soll  
auch ein jeglicher Mann thun und geloben umb Todeschläge/ Lehm-  
und Wunden vor seine SchwerdtImagen und Freunde/ac id recte ad-  
seritur,cum primum adinventa sit Gvaranda ob sangvinis causam,  
dum reo occidenti, si vel transigat, vel ab accusatione absolvatur,  
contra agnatos, necem forte vindicaturos, securitas promittitur.  
*vid.Carpz.Prax.Crimin.p.3.qvæst.106. à n.59. ubi n.61.62 duo præju-*  
*dicia habet. A qvibus tamen excipiuntur causæ Executivæ, matri-*  
*moniales, it.Studiosorum, & Clericorum: V.Berlich:p.1 conclus. 19.n.*  
*7.8.11. addit Dn.Carpz.in Process.tit.9. Art. 4 n.43. § 44. qvod nec*  
*in causis summarii tractetur, in qvod qvidem ego me jam non in-*  
*tromitto: modò petatur à reo Gvaranda; aliàs ne qvidem à judice*  
*imponi potest,spectat enim Gvaranda ad Jus rei, cui invigilare de-*  
*bet Carpz.p.1 Constit.4 definit.3. Anteqvam hîc abeam, paucis mo-*  
*dum saltem præstandæ Gvarandæ attingam, qui nervosè exprimi-*  
*tur à Legislat. Sereniss. Saxon. in Nov. Process. Ordin. Judic. Tit.*  
*12. von der Gewehr / verbis: So soll ein jedweder Kläger solche*  
*Gewehr nicht allein in Actis wörtlichen/ i. e. nudâ verborum pro-*  
*latione , sondern auch/ vermöge der Constitution, actu corporali*  
*würcklichen/ h.e. stipulatâ manu vel tactu baculi an den Gerichts-*  
*stab angeloben in causis sc. civilibus. Quid juris in Criminalibus:*  
*vid. Trentler.Volum.1. Disp.4.th.13. inf.*

## Th. 6.

Missis igitur Cautionibus, qvæ hactenus ab actoribus exige-  
bantur, procedendum nunc ordine ita svadente qvoq; erit ad eas,  
qvas rei præstare tenentur: Horum autem conditio longè durior o-  
lim erat, qvam ipsorum actorum.. Nam jure sc. veteri, si actio  
realis contra aliquem instituebatur, hâc antiquâ à Theophilo in  
paraphrasi *in pr. Instit.de satisdat.* notatâ formulâ promittere cog-  
batur reus: Si victus rem, de qua qvæsitum erat, non restitueret, neq;  
litis æstimationem solveret, liberum actori fore, ut cum ipso, aut  
cum fidejussoribus ejus ex stipulatu ageret: qvamvis Theophilus  
fermè singula verba, qvæ *in d.pr. Inst.de satisd.* leguntur, sua fece-  
rit: Aliud tamen observabatur, qvando actione personali conven-

C

tus

tus ipse se in judicio defendebat, & tunc judicatum solvi satisdare non cogebatur §.1. Inst. b.t. Secus tamen, si alieno nomine aliquis interveniebat forsan Procurator, & ille omnino satisdaret, necesse erat d. §.1. Inst. cod. Ratio differentia redditur communiter illa, quod in actione reali metuendum erat actori, ne reus ex causae diffidet, rem illam vel corrumptat, vel penitus intervertat, vel alienet, hinc L. unic. C. uti possidetis: necesse habebat reus satisdare, nisi poenam subire vellet, ut in actorem rei petitæ transferretur possessio, quæ de causâ si res erat mobilis & cavere reus non poterat, apud Judicem deponi solebat l.7. §.2. ff. qui satisd. cog. modo persona rei conventi suspicione oneretur d. L.7. §.2. vid. Manz. ad Inst. b.t. §.1. n.6. quod aliter tamen obtinet in actione personali, ibi enim non res certa, ut in superiori, petitur, sed haec actio afficit principaliter personam ipsam actori notam, hincq; sibi obligatam, ita qvidem Rittershus. ad d. §.1. Inst. de satisdat. p.687. putat: sed melior est ratio Hortensii ad d. §.1. p. 451. haec: quod qui suâ sponte cum alio contrahit, vel est, vel esse debet non ignarus ejus conditionis, fidei, vel rei: ideo inverecundè & incoloratè satisdationem ab eo exigetur, cujus conditionem, fidem vel rem elegit vel probavit: denique ei licet non contrahere: haec Hortens. clariora Francisc. Balduin. ad d. §.1. Inst. habet, scribens: nempe quod hic magis notus erat reus actori, qui ejus fidē secutus, cum eo etiam sine fidejussione contraxerat: erat quoq; certior, quia nominatim ejus persona erat obligata, nec pendebat judicium ab ullius rei possessione: hoc Balduin. neq; inficiandum, vel ex definitione obligationis, pr. Inst. de obligat. §.L.3. pr. ff. de O & A. quin & res certa in obligationem deducatur, quod & ex contractibus commodati, depositi regularis & pignoris satis appareat §.2.3. §.4. Inst. qvib. mod. re contrah. oblig. imò ipsem Rittersbusius hoc confitetur in Scholio ad pr. Inst. de oblig. p.399. dum scribit: Omnis obligatio vel est in re dandâ, cāq; corporali vel incorporali, ut ueste, domo, fundo &c. Jure hodiè novissimo præstant rei cautionem judicio sisti §.2. Inst. de satisd: quod in judicio comparere, & usq; ad terminum seu exitum litis, h.e. usq; ad sententiam, quæ vel per absolutionem, vel condemnationem finem liti imponit, permanere velint: Et judicatum solvi Hahn. ad Wessenbec. ff. qui satisd. cog. n.6. per textum in l.21. in f. ff. rat. rem. hab. §. L. unic.

L.unic.C.Judic.solv. ubi dicitur: Rei autem Procurator vel defensor, etiam sub gestorum testificatione factus, in ipso litis limine judicatum solvi satisdationem, in omnibus causis præstare cogitur. Præstant præterea cautionē de damno præstando in causā cœli conventi, e.g. si ædes sint ruinosæ, & minentur interitum, possum tunc agere adversus vicinum, ut aut reficiat, aut cautionem de reparando interponat, arg. l.7. ff. si servit. vindic. Sic in jure servitutis, viæ, itineris, actus, aquæductus &c. legitimè acquisito talis cautio, à prædiis servientis aut patientis Domino interponitur, quæ cavet, quamdiu quis de jure suo doceat, non se impeditur agentem, aquam ducentem, iter facientem l.7. ff. de aqua quotid. Item præstare cautionem tenentur ii, qui quæve mortem, incendia, aliave hostilia ac crudelia minati, deq; eo confessi ac convicti sint, & revera sint minatoria h.e. quædamnum aliquod injustum ac violentum alteri denunciant, nec enim hic ambigua prolatæ sufficiunt, e.g. Ich will mich an dir rechnen / ich will es dir gedencken / vid. Carpz. Pract. crimin. p.1. quæst. 37. n. 85. Convictus talis nudus minitator si sit persona multum suspecta, rixosa, malæ forsitan conditionis, & famæ, & ad delinquendum alias prompta, in carcerem non immersus conjicitur, nec prius exinde dimittitur, etiamsi jurare quam maximè paratus sit, nisi pignoribus vel fidejussoribus pro personarum ac minarum qualitate, secundum Judicis arbitrium, cautionem præstiterit weder wider N.N. noch die seinen / noch sonstem manns-  
lichen nichts thäliches vorzunehmen arg. L.4. ff. si cui plus quam per Leg. Falcid. vers. cum possint ei lusoriæ minæ fieri, & arg. L.6. §. 2 ff. de offic. Presid. vid Carpz. Pr. Crimin. p.1. quæst. 37. n. 81. Berlich in Conclus. Pract. p.4. concl. 22. n. 11. & 12. &c. Dn. Eckolt ad ff. tit. qui satisd. §. 18. in f. ferme. Cæterum cavere etiam debet de non incarcerando in causa civili reus ille, qui pro debito civili de sistendo promittit, ac molestissimum carceris otium, tanquam malam mansionem, declinare vult, imprimis si ob æs forsitan alienum de fugâ sit suspectus: l.7. f. ff. qui satisd. l.10. §. 16. ff. quæ in fr. Credit. Novell. 53. c. 4. de fugâ suspectus qui dicatur, explicat Matth. Berlich in conclus. pract. P. 2. conclus. 27. n. 30. dum insit: debitor de fuga suspectus dicitur, qui nec mobilia nec immobilia possidet, qui sæpè interpellatus non solvit, & lapsis dilationibus ad solvendum datis, suis promissionibus non satisfecit, & qui emit pluris, & vendidit minoris, frequenter atque

notabiliter lusit, consums̄it, & sumptuosē vixit, & dilapidavit, &  
de qvo fama est, qvod non sit solvendo & plus debeat, qvām  
habeat in bonis & facultatibus. Qui tamen de fuga suspecti debi-  
toris characteres universi ac singuli ita sunt comparati, ut & in ho-  
minem bonæ fidei & frugis cadere possint, cujus tamē fugam nemo  
suspectare poterit, qvod exemplis probarem, nisi brevitati studen-  
dum foret. Et qvanqām regulariter nemo sibi jus dicere debeat,  
*L.13. ff.* qvod met. causa: creditori tamen de fuga suspectum debitō-  
rem capere & incarcerare licet *arg. l. 10. §. 16. ff.* qvā in fraud. Cre-  
dit: ubi attentā modō JCti distinctione, certum est, qvod Creditor  
debitorem fugientem, qvem consecutus est, licetē detineat: & qvi-  
dem hoc fluxisse videtur ex Lege XII. Tabul. Si calvitur, pedem ve-  
struit, manum endojacito, *vid. Crispin. in Jūr. Civil. Rom. initis &*  
*progress. Rubr. de Jure Privato Legis XII. Tabul n. 30. p. 52. vid. G.*  
*Godofred. in not. ad b. l. n. 9. & laudat. Berlich p. 2. conclus. 28. n. 5.*  
Cum qvibus convenit dispositio *Constit. August. 21. p. 2. §.* Aber wenn  
der Schuldner auf den Füssen ist / so mag ihn der Gläubiger an-  
nehmen/ und in die Gerichte/darinnen er angekommen/ einantworten.  
Ita tamen, ne ultra 20. horas eum detineat Creditor, alias poenam  
privati carceris incurrit, *Carpz. defin. 1. n. 14.* qvamvis enim is addat,  
qvod Creditor detinens debitorem spatio minori 20. horarum in  
poenam arbitriam incidat: ut vix tutum sit creditori, ullo tem-  
pore domi detinere debitorem, sed consultum, ut eundem statim  
sistat judici: uti & in *L. unic. C. de privat. carcer. inhibendis*, genera-  
liter interdictum est, ne qvis privatos carceres habeat. Sic cavere  
etiam possunt ac debent, ut ex carcere liberentur ac dimittantur, in  
causā criminali accusati. Ubi tamen *cum Magnif. Dn. Struvio Exer-*  
*cit. 47. th. 39. Syntagm. JC.* distingendum; inter delicta majora & mi-  
nora, h.e. qvā poenam pccuniariam, & qvā poenam corporis afflicti-  
vam seu capitalem post se trahunt, in priori leviori sc. delicto fide-  
jussores aut pignora admittuntur per *L. 6. §. 3. C. de appellat. verb.*  
ut inopiā idonei fidejussores, retentis in custodiā reis, qvo *§. 3. cùm*  
*de capitali causā agatur, & reus fidejussore idoneo dato, qvod ex*  
*opposito elucescit, è custodia dimitti debeat, conjicere licet, de-*  
*linquentem poenam nec afflictivam corporis, nec exstinctivam sub-*  
*ire debuisse. In posteriori verò, graviori delicto *L. 1. & 3. ff. de cu-**

*stod.*



stod. reor. Qvibus Legibus satis fundata est distinctio, inter grave  
 scelus, ubi fidejussioni nullus est locus: & non grave, si nempe jux-  
 ta Reyer. Disput. 4. ad Process. th. 52. pecuniariter qvis ob delictum  
 conveniatur. Et ita qvoq; se habet Jus Saxon. vid. der Peinliche  
 Sächs. Inquisition- und Actis Process. Tit. V. art. 3. n. 5. & 6. Carpz.  
 Pr. Crimin quæst. 112. n. 34. Missus igitur faciendus Merenda L. 5.  
 Controv. c. 33. f. 770. qvi in causâ capitali pro judicato solvendo ad-  
 mittit fidejussorem, inter alia, & ex textu Juris Canonici caus. 23.  
 quæst. 5. c. 19. vers. veluti si qvispiam decipiat fidejussorem suum, atq;  
 ille pro isto legitimum supplicium luat: siqvidem hic Canon in-  
 telligi potest de consuetudine alicujus loci, ubi irrationabiliter  
 pro accusato convicto fidejussor pœnæ capitis esset subjugandus,  
 ac ita in illo Canone Augustinus ad rem suam uteretur exemplo:  
 qvamvis merita possit esse dubitatio, an legitimum supplicium fi-  
 dejubenti Iuendum sit illud, per qvod corpus affligitur,  
 Alias regulariter Jure Saxon. rei à cautione sunt im-  
 munis; Dn. Berlich p. i. conclus. 20. n. 65. Carpz. p. i. Constit. 5. def. ult.  
 si sit causa civilis, vid. Struv. Exercit. 5. th. 32. ne reis alias afflictis &  
 jam anteà gravatis, hoc ipso, qvod judicio pulsati fuerint, alia ad-  
 datur afflictio L. 14. ff. de offic. Presid. qvam rationem addere arrisit,  
 cum citati Berlich. & Carpz. imò ipse Coler. qvem illi citant de  
 Process. Execut. P. 3. c. 11. n. 98. itidem nullam citat rationem, sed  
 tantum ad suum Regulum in processu se remittit. Dn. D. Sven-  
 dendörffers P. P. in Academiâ Philureâ in Indice verb. satisdatio:  
 hæc compendifacta habet: satisdationem nullam reis præstat &  
 cur 193. sed d. fol. 193. nullam rationem lego, cur rei Jure Saxon.  
 nec de judicio sistendo, nec judicato solvendo cavere teneantur, nisi  
 sint de fugâ suspecti, tunc enim cautionem judicio sisti & judica-  
 tum solvi effugere nequeunt, ne eludatur judicium Carpz. in Pro-  
 cess. tit. 9. art. 5. n. 15. Hactenus de variis cavendi modis dixisse suffi-  
 ciat, nunc ad ipsum formale seu modum cavendi procedam.

### Th. 7.

Formale verò seu modus cautionis juxta sensum famosiorem  
 consistit in eo, ut datis fidejussoribus fiat, id qvod docet l. 1. ff. qui sa-  
 C 3 risd.

*et iud. cog. vid. Dn. Struv. Exercit. V. h. 22. e Amadeus Eckold. tit. qvis satisd. §. 8. Hahn. ad Wefenbec. h.t. n. 5.* In Prætoria autem cautione admittitur, ut etiam pignoribus caveri possit l. 1 §. 9. ff. de collat. in quo textu indubitatum est, quod satisatio per sui naturam requirat fidejussores, alias ridicula fuisset & domitiana Pomponii quæstio: sed per Interpretationem JCtorum eò itum est, ut & pignoribus caveri possit, quod ideo factum est, quia de quantitate rei conferendæ satis constitit: *Vid. Dn. Frantz. k. ff. qui satisd. n. 13. & Eckolt. ibid. §. 10.* Fidejussores autem hic locupletes, seu idonei dari debent, qualem idoneitatem consideramus (1) quoad facultates, ut satis habent in bonis, pro rei magnitudine, quam Actor postulavit l. 2. ff. qui satisd. l. 234. §. 1. ff. de V. S. Hinc plerumq; requirunt, ut fidejussor possideat bona immobilia, quorum valor ad minimum summæ petitæ, reive æstimatione æqualis sit, vel suspicionem fugæ excludat, & eò melius adversario sit cautum *vid. Perez. ad tit. C. de satisd. n. 2.* (2) quoad conveniendi facilitatem d. l. 2. h. t. quæ principaliter æstimatur ratione ejusdem fori, unde tales fidejussores sint subjecti Jurisdictioni ejus, coram quo Judicium exercetur, ne sc. præscriptione aliquâ, aut aliâ exceptione fori declinatoriâ, causam difficiorem reus conventus faciat Actori L. 7. pr. h. t. nisi caveant, fori præscriptione se non usuros d. l. 7. l. 1. ff. si quis in Jus voc. non ierit. Unde non rectè fidejussoris loco mulier propter exceptionem SCti Vellejani, neq; miles, ob privilegium militare, neq; minor propter beneficium restitutionis in integrum, nisi in rem suam, rectè ad satisandum adhibentur l. 8. §. 1. ff. h. t. ubi dicitur, quod tales personæ non sint probandæ, id est, cum ad fidejubendum sint inhabiles jure ipso, quid opus est, ut à quodam Arbitro dato probentur, an sint idoneæ? quamvis non raro fiat, ut dum locupletes fidejussores notabilem calamitatem passi sunt, denuò idoneè satisandum sit, l. 10. §. 4. ff. h. t. qui satisd. cog. vid. hac de re iterum Perez. ad C. de satisd. n. 2. Eckolt. ad h. t. §. 9. Interdum tamen & minus idoneam cautionem præstant personæ conjunctæ, ut Parentes, Patroni, de quorum fide ambigere turpe est, & qualemcumq; fidejussorem dant l. 1. & 2. ff. Jus voc. ut eant. & l. 2. §. 2. ff. qui satisd. qualiscumq; intelligendus est ratione facultatum, non inhabitatis conveniendi fidejussor per l. 2. §. 2. h. t. vid. Eckolt. ad h. t. §. 9. Perez. ad C. h. t. n. 2. Si quis

quis verò idoneum fidejussorem oblatum recusaverit, injuriarum tenetur, non solum illi, qui fidejussorem obtulit: cum non sit levis injuria, secundum Processum Juris veteris, duci in Ius cum, qui satis idoneum offert fidejussorem, & pœnam quandoq; incurrit 50. aureorum l.2 ff. in Ius voc: ut eant. Sed & fidejussori ipsi, qui non acceptus est, fugillatur enim ejus existimatio apud bonos viros, penes quos ejus fortunæ minùs habentur integræ L.5. §.1. b.t. Zoës. ad ff. cod. tit. n.11.

## Th. 8.

Cum itaq; in th. hactenus tertiam, & suprà quidem examinatae cautionis partes vel species ex posuerim, de personis etiam, quæ illas recensitas cautiones præstare debeant, viderim, justo nunc quoq; ordine, ad reliquias duas species, Promissionem sc. nudam & Iuratoriam, ad simulq; personas, quæ illas præstant, progrediendum erit. Nudæ autem promissioni relinquuntur æqvæ actores, quām rei, qui bona possident immobilia die in denen Gerechten genungsam gesessen l.15.pr.b.t. (Lex enim allegata 15. non complectitur solam cautionem Judicio sisti, prout frustrè contendit Hahn ad Wessb.b.t.n.11. nulla enim mentio in illa L. de cautione judicio sisti habetur, ideoq; propter illam generalitatem textus vocabulum Possessores æqvæ ad actores, quām reos extendi potest, alias inter actorem & reum planè nullum discrimen esset. Evidem Dn. Hahn.d.l.n.11 ita scribit Pertinent hæc ad explicationem decantatæ l.15.b.t.qvæ tamen saltem est de promissione de judicio sisti. Hæc Ille: si illa dicta l.15. laudata est, augurer, eo ipso, illam & de aliâ cautionis specie agere, nec hoc est, vel subjectum vel prædicatum d. l.15.in pr. justè interpretari si scribatur, illam duntaxat de judicio sisti cautione tractare, unde enim probabitur illa exclusiva, cum hac Jctus non utatur.) Ratio est, quod possidens bona immobilia, non facilè sit latitaturus, aut discessurus, & si vel maximè fecerit, tamen adversarius in bonorum possessionem mitti potest. Ceterum sufficit, aliquem bona possidere immobilia vel in loco judicii, vel in loco ejusdem Provinciæ l.7. §.1 ff. b.t. ubi verba textus facile patiuntur, ut & illæ à satisfactione sit immunis, qui in Territorio pos-

rio possessionem habet, id quod confirmatur per Constit. Elector. s.  
p. i. verb. Ob er gleich unter denen Gerichten/ davor er beflaget/ son-  
sten nicht sâßhaftig. Qui verò sint & dicantur immobilium pos-  
sessores, & qui non, docet optimè l. 15. §. 1. ff. b. t. non verò (quod  
obiter notandum) opus est speciali aliquâ statim bonorum oppigno-  
ratione (1) quia sufficit nuda re promissio, facta ab iis, qui suo no-  
mine cavent per rubr. b. t. & l. 1. §. 6. ff. de Prætor. stipular. nec enim hac  
Lege l. §. 6. ampli⁹ alicujus hypothecæ vel oppignorationis fit men-  
tio. Neq; (2) allegata l. 15. ff. b. t. illam oppignorationem urget, sed  
potius in fine expressè dicitur, quod possit quis post cautionem  
possessionem vendere; nam si præcisè reqvireretur oppignatio-  
nem non postmodum salvo sc. oppignorationis Jure, res oppignorata  
vendi seu alienari posset: oportet verò in d. l. 15. f. ff. qui satisd. cautio-  
nem simplicem seu nudam re promissionem intelligi, cum possessor  
ille caverit, qui immobilia possederat. Objiciunt quidem l. fin. C.  
de Princ. in reb. agent: sed Resp. Dn. Hahn. quod phrasis illa substantiæ  
credi, nihil aliud sit, quam relevare possessores ob substantiam bo-  
norum, eoq; magis, quia in d. L. paulò ante dicitur, quod faculta-  
tes immobiles possidentibus adjuratoriæ cautioni sit credendum.  
Ergò ulterius non gravandus erit possessor onere fidejussorem dan-  
di Nov. 123. c. 21 §. 2. vel non incommodè ad d. l. fin. C. de princ. agent.  
in reb. responderi potest, quod verba illa disjunctim intelligenda  
sint, hoc modo: si bona sufficient, aliquis suæ substantiæ creda-  
tur, si non sufficient, juratoriæ cautioni ille relinqvatur. Caudent  
deniq; Civitas l. 6. §. 1. ff. quod legator. nomine: item Clerici l. 25. §. 1.  
l. 33. §. 3. C. de Episcop. & Clerici.

## Th. 9.

Postquam dixi de iis, qui per fidejussores, aut pignora satis dare  
coguntur, vocat nos idem ordo ad eos, quia cautionē Juratoriam tan-  
tum præstant, quæ admittitur vel propter Dignitatem Personarum  
Illustrum, l. 17. C. de Dignitat: quā L. uti quidem Clarus putat, hodiè  
abrogatam esse, non credendum: vid. Hahn. ad Wesenbec. ff. qui satisd.  
cog. n. 10. vel propter necessitatem, ut pauperes, hi enim qui prædiis &  
præibus sunt destituti, seu idoneos fidejussores post adhibitam o-  
mnem

mnem diligentiam invenire seu pignora dare nequeunt, ad Juramentum admitti debent. *Authent. generaliter C. de Episcop. & Cleric.* Nov. 112. c. 2. pr. vid. Manz. ad tit. Inst. de Satis. ne per difficultatem inveniendi fidejussores differantur Judicia, & pauperi ideo denegetur Justitia §. 1. Inst. de J. & J. l. 10. ff. eod. non aliter tamen pauperes ad cautionem hanc admittuntur juratoriam, quam si jurent, se nec pignora habere, nec fidejussores dare valere. In Foro Saxonico hodie ita temperatum est, ut non nisi de credulitate jurare teneantur, quod nempe credant, se, licet summā seu omnimodam adhibuerint diligentiam, non potuisse fidejussores invenire, daß sie uehmlich nicht so viel in vermögen/ gläuben auch nicht/ daß sie nach allen angewandten möglichen Fleiß/ den geforderten Vorstandt mit Bürgen oder Pfänden bestellen können/ quam formulam etiam nihil exhibet Ordin. Elector. Jud. tit. 13. §. do aber Kläger Armuths halber/ it. nobiliss. Dn. Struv. Exercit. V. th. 24. Coeterū Juratoriam hanc cautionem præstituti sint vitæ integritate conspicui, ac probatæ existimationis, nec forsitan de fuga suspecti vid. Gail. obseru 148. n. 6. Carpz. p. 1. Constit. s. def. 9. Struv. Exercit. V. th. 24. Nec à juratoria cautione liber est, qui extra Provincias Electorales immobilium possessor est, cum Jure Saxonico illa ob hunc finem sit inducta, ne actor ob expensas & damna convenientius aufugiat. Carpz. p. 1. Const. s. defin. 10.

### Th. 10.

Adstringuntur deniq; & Assessores cautionem præstare, quod Jus aliter suggerere nolint, quam æqvitas svadeat l. i. ff. de offic. Assessor. Henric. Zoëf. ad h. t. ff. n. 5. Describuntur vero Assessores, quod sint Jurisprudentes, qui consiliis Magistratus & Juges adjuvant. l. i. ff. d. t. & summa in eis reqviritur Juris Prudenteria, quæ non exigitur à Magistratu, cui Illi assident, Magistratus enim, qui præficitur, plerumq; non Jctus, sed vel miles, vel aliquis alias nobilior est, hinc Magistratus quod Juris ex Assessoris consilio dixit, ipse Assessor dixisse videtur, imperitia enim culpæ ipsius adnumeratur, uti hac de re eleganter videri potest laudatus supra Henric. Zoëf. ad h. t. n. 5. Cavent quoq; Advocati, de patrocinio

D

fideli-

fideliter præstanto, & qvidem tactis sacrosanctis Evangelii, qvod omni virtute, suâ omniq; ope, qvod verum ac justum existimare rint, clientibus suis inferre procurabunt, nihil studii relinquentes, qvod sibi possibile est, non autem credita sibi causa cognita, qvod sit improba, vel penitus desperata & ex mendacibus allegationibus composita, ipsi scientes prudentesq; malâ conscientiâ liti patrocinabuntur, sed & si certamine procedente, aliquid tale sibi cognitum fuerit, à causa recedent, ab hujusmodi communione se se penitus separantes arg l.14. §.1.C.de Judic. & imprimis *Authent. hodiè jurant* C. eod cujus ipsissima verba, cùm à paucissimis hodiè observentur, qvin à plurimis inverso potius sensu exprimantur, in mentem secus facientium cauteriatam revocare placuit. Hodiè tamen id immutatum est & non possunt cogi Advocati ad patrocinium invitati recipiendum, imprimis si justa ac prægnans excusandi ratio subsit, nisi fortasse sit Advocatus Ordinarius seu specialiter à Judice causa ipso imponatur.

Nec non etiam Procuratores, si mandatum sit dubium. Ju re qvidem veteri (ut obiter tangam) ex LXII. Tabul. non licebat per Procuratorem agere, uti patet ex pr. Instit. de iis per quos ag. poss. nisi pro Populo, pro libertate, ac pro tutela; hodiè tamen illa potestas agendi Procuratoribus ab Imperatore Justiniano concessa est per dictum pr. Inst. per quos ag. poss. si quidem sæpius morbus, ætas, & necessaria peregrinatio, itemq; & aliæ intervenientes causæ L. 2. D. de R. f. hominibus impedimento sint, quo minùs rem suāipsi exequi possint L. 5. pr. D. de O. & A. imò Procuratores & mandatarii constitui possunt, extra causam necessitatis & ullius impedimenti L. 1. §. 2. vers. vel nolunt ff. de Procurat. qvod & ex tritura judiciorum notum est, cum sæpè quis ipse met reformatum in judicium ire, vel ob adversarii injurias, & dura verba, quibus uti solitus est; vel ob aliam domi notam causam, tunc enim de rato cavere debet L. 39. §. 1. ff. de Procurat. e. g. si proferatur in judicio mandatum aliquod mutilum, aut insufficiens, vel tale aliquod, qvod propter aliquot suspiciones metuimus, non profectum esse à Domino litis, aut alioquin esse ementitum, aut non ritè factum, tunc enim defectus ille in tali mandato suppleri potest per cautionem de rato. Ratio autem hujus satisfactionis redditur illa, qvia periculum est, ne Dominus manda-

507. 146.  
A -  
5

mandatum suum inficietur, aut aliter interpretetur, ac iterum de eadem re experiretur, quod tamen periculum non est timendum, si vel Procurator cautionem hanc præstiterit, vel Dominus quocunque modo ratum habuerit: Nam si semel ratum habuit, & iterum contra reum de eadem re experiri vult, hic exceptione rei judicata se tueri potest, adde *Ordin. Judic. Saxon. tit. 7. §.* Do auch etwa ein Mandat mangelhaftig / und es wolle der Anwalt dero wegen derato caviren / soll er dann ist / woferne er sein erbieten also bald in solchen Termin zu Verke richtet/zugelassen werden.

Et de Domino in reconventione defendendo cavendum *L. 33. §. 3. ff. de Procurat. §§. Inst. de satisd. nam Procurator Actoris tenetur cavere de defendendo eum, pro quo agit in casu, quo alias reus ipsum velit actorem reconvenire, & si agens postea mutata voluntate procuratorem esse noluerit, tamen judicium, quo quasi Procurator expertus est, Judex ratum habere debebit. Item de re judicata solvenda, quod velint solvere, quod à Judice fuerit judicatum: & deniq; de ratihabitione ipsa §. 3. Inst. eod.*

## Th. II.

Tutores deniq; & Curatores quod attinet, antequam administrationem tutelæ, vel curæ olim susciperent, cautionem præstare debebant, rem pupilli salvam fore: t.t. rem pup. salv. fore, ne pupillorum sc. pupillarumve, & eorum qui quæve in curatione sunt, negotia à Curatoribus Tutoribusq; consumantur, vel imminuantur: *Nov. 32. prefat. in f. & c. 6. & pr. Inst. de satisd. tut. vel Curat. sæpius enim infideles vel negligentes in suo officio reperiuntur Tutores Nov. 72. c. 6. ideoq; Prætor eo nomine satisfactionem introduxit, ut pupillum hac in re datis fidejussoribus securum faciant illi L. 1. ff. rem pup. salv. fore. Prætoriæ enim stipulationes, qualis hæc est, cautionem pignoratitiam regulariter non admittunt L. 7. D. de Prætor. stipulat. hinc licet vel maximè postea omnia bona Tutorum & Curatorum sint obligata tacite & hypothecata pupillis & adultis, ratione administrationis L. 20. C. de administr. Tut. tamen non frustra olim cautio etiam fidejussoria exigebatur, cum bona ipsorum, vel non sufficere, vel multis variisq; casibus perire possunt: vid. Casp.*

D 2

Manz:

*Manz. ad pr. Inst. de satisd. tut. & curator n. 12.* Sed non omnes Tu-  
tores satisdare coguntur. siqvidem cautio illa non solùm remissa  
est Tutoribus testamentariis L. 4. l. 17. ff. de testament. tut. qvorum  
fides & diligentia ab ipso Testatore approbata est (uti patet  
*ex pr. Inst. de satisd. tut. vel curat.*) & paternum illud testimonium  
pro satisdatione est L. 27. C. de Episcop. Audient, qvod omnem  
sinistram tollit suspicionem: nisi ex insigni calamitate, vel alia  
causâ suspecti fiant, tunc enim si tutor interea perversos mores  
contraxerit & facultatibus lapsus fuerit, vel de suâ diligentia &  
fide multum remiserit, non simpliciter & sine satisdatione admit-  
tendus est, qvæ enim de novo emergunt, novum consilium postu-  
lant L. 11. §. 8. ff. de interrog. in Jure fac. ideoq; non verisimile est, Te-  
statorem eum simpliciter voluisse admitti, si posteà tutor noxius  
deprehendatur *Gotofred. ad L. 8 de confirmat. tut.* Sed etiam Cur-  
atoribus ex inquisitione datis, qvoniam utiq; & illi idonei dati atq;  
electi sunt *pr. Inst. h. t. fides* enim inquisitionis, pro vinculo cedit sa-  
tisdationis *vid. Perez. C. h. t.* Magistratus enim semel eos idoneos  
judicavit, qvando in facultates & mores eorum inquisivit: Ergò  
non amplius de fidelitate eorum dubitandum. Qvod Praxin con-  
cernit hodiernam, carent Tutores vel Curatores per actores, si de  
tutorio vel curatorio forsan dubium est §. 3. *Inst. de satisdat. L. f. §.*  
3. C. de administr. tut. cùm verò certò constat, eos Tutores & Cur-  
atores esse, satisdatio de rato illis remittebatur L. 23. ff. de administr.  
tut. Tutores enim loco Domini sunt, & sicut Dominus ipse de rato  
non satisdat, ita nec illi. Non itaq; Tutores & Curatores, procu-  
ratores, sed actorem constituere possunt, & licet vel maximè cum  
procuratoribus vel mandatariis in genere ille conveniat, & utriq;  
suorum Principalium vices sustineant, tamen non Procuratoris à  
Domino constituitur L. 1. D. de Procurat. cum verò Tutores Domini  
verè ac propriè bonorum pupillarum non sint, hinc non Procurat-  
orem, sed actorem tantum constituere possunt L. 11. C. de Procurat.  
Actor enim est, qvi vice Procuratoris, ab eo qvi procuratorem  
dare nequit, substituitur Herman. Vultej. ad §. f. *Inst. de Curator. vid.*  
*Carpz. in Proc. tit. V. art. 5. n. 19.* qvam meam sententiam non parùm  
etiam juvat Sereniss. Elector. Saxon. in O.P. J. tit. 9. vers. wûrden  
sie auch jemand anders Vollmacht auftragen wollen / sollen sie  
nicht

nicht einen Anwalt / sondern Actorn in oder außerhalb Gerichts verordnen. Et talis tutorius, de quo loqvor, Actor, nondum satis suam personam legitimaverit, exhibitione Actorii à Tutoribus dati, si non etiam sui Principalis Tutorum simul exhibuerit, ut ex iis de legitimatione quoq; substituentium constare possit, hinc formula sententiorandi: **D**as angegebener Actor, nebenst dem Actorio, auch seines Principali oder das angezogene tutorium oder curatorium zu den Acten zu bringen schuldig. **V.i.R. V.iid C**arpz:tit. **V.art.5.n.33.** Cæterùm iidem quoq; Actores præstant cautionem rati **L.7.ff. rem rat. hab.** qvod Tutor omnia ratihabere velit, qvæcunque ipsius nomine gererentur. Hinc adhuc hodiè (ut obiter hoc addam, & ita à Tutorio dilabar ad mandata in genere) mandatis inseritur clausula rati & grati, una cñm potestate substituendi unum, vel plures, toties, qvoties, substitutosq; revocandi, aliisq; omnibus proficuis: qvamvis clausula illa rati & grati vix necessaria videbatur, cum ex natura contractus mandati teneatur mandans ratum habere: nisi fortè consultò mandans qvosdam tantùm actus mandatario expediendos commiserit. Sed fatendum, qvod hic ad Praxin optimam Magistrum sit deveniendum, qvæ tamen qvandoq; tyrannizat.

### Th. 12.


Cum hactenus itaqve, tum cautions ipsas, tum etiam Personas, à qvibus istæ cautions exactæ sunt, pro modulo ac ratione ingenii exposuerim; restat nunc qvoqve (antequam finem Dissertationis faciam) de effectu ac fine illarum specierum à me recensitarum pauca qvædam adjicere. Est itaqve finis & effectus (1.) ratihabitionis, ut Dominus comprobet, agnoscatq; qvod actum est à Procuratore **L.12. §.1. D. rem rat. hab. & L.5. ff. eod.** (2.) Judicatum solvi h. e. qvod velit solvere omne id, qvod à judice judicatum fuit, & rem in Judicium deductam, usqve ad

D 3

sen.

sententiam definitivam defendere & absqve dolo in judicio ves-  
sari velit L.6.D.judic.solv. & (3.) deniq; cautionis, quod Procurato-  
rem boni Viri arbitratu defendere debeat Actor. Hæc itaq; suf-  
ficiant, qvæ tibi B.L. tanq; in compendio de modis secu-  
re procedendi in Judiciis, tradere volui, ac per ætatem potui.  
Qvæ omnia si minùs forsan accurate sint elaborata, ignosce  
qvæso, accuratioriq; tuo compenses velim judicio: interea verè  
mihi, meisq; studiis, favere ne dedigneris.

*DEO autem Trivni sit Laus & Gloria  
in sempiterna secula.*



Fertilis æstivis dum nunc flavescit aristis  
Campus, & acceptas fœnore reddit opes:  
Tu quoq; collectæ frugis depromis acervum,  
Executiens genii scrinia docta Tui.  
Talia sub viridis dum monstras vere juventæ,  
Qvalia maturæ munera messis erunt?

509  
146  
4  
15

Politissimo Dn. AUCTORI RESPON-  
DENTI, cum fausta acclamatione  
gratulabatur

CHRISTIANUS Röhrensee / P.P.

Ad Nobilem & Clarè doctum

## DN. AUTHOREM.

Multæ quidem in te sunt, quas quotidiè admiror, virtutes; sed  
illa videtur palmaria, qvod sicut nascendi sorte fratri secun-  
dus es, virtutis tamen studio hactenus nec illi, nec ulli secundus esse vo-  
lueris. Conscendit enim ille cathedram, jucundissimam Depositum  
teriam traditurus; Tu vero subtilissimam satisfactionem publico ex-  
hibes. Gratulor. ergo tibi ex animo de egregio specimine: gratulor  
parenti, de nobili filiorum pari: gratulor patriæ de civibus optimis,  
vestrisq; studiis quævis felicia precor. Dab. è Musœo 21. Julij  
A. O. R. M. DC. LXXVI.

T.

Godofred. Nicol. Schleenstein D.

Esse esse esse esse esse esse esse  
Es hat das grosse Rom nie Seulen aufgerichtet  
Dem so zuvorhin nicht mie Palmen hat geprangt;  
Nie hat auf dessen Ruhm gelehrte Hand gedichtet/  
Der nicht zuvor den Dank und Siegerfranz erlangte.

Wer



Wer hat der Ehren je den Wehrauch aufgestreuet /  
Der durch den Tempel nicht kan in ihr Heilichum.  
Wo man die Tugend ehrt? Wer Schweiß und Arbeit scheuet /  
Wird langsam seyn bekränzt mit unverwelktem Ruhm.  
Wo hat doch jemand je die reinen Perlen funden /  
Der sie nicht in dem Sand und trüber Fluth gesucht?  
Ein Krieger welcher fleucht vor Arbeit/Schweiß und Wunden/  
Er schmecket nimmermehr die süsse Sieges-Frucht.  
Wer sich zuvor bemüht die Rechte zu ergründen /  
Und sein erblaßt Gesicht mit Schweißes Perlen nekt/  
Muß auf Astræns Gluth ein reines Opfer zünden /  
Und wird der Lorbeerfranz mit recht ihm aufgesetzt.  
Ihm wird/Geehrter/izt sein sauer Schweiß bezahlet/  
Es küsst ihn bereits der Themis Purpur-Mund;  
Wenn so bey früher Zeit die Ehren-Sonne strahlet/  
Des Nahmen wird hernach der späten Nachwelt kund.  
Mit diesem wolte dem Hn. Respondenten ihre schuldigkeit  
bezeugen desselben bey dem Churf. S. Rent-  
Amts-Verwalter verbundene  
Tischgesellschaft.  
**G**o muß sein Lorbeer nun in höchstem Wachsthum blühen/  
Dieweil der Arbeits-Dorn mit schwanger Knospe  
prangt/  
So Ehren-Rosen trägt. Man sieht sein Råchwerk glühen  
Auf Themis Opfergluth/dafür er nun erlangt/  
Was hohe Geister nur und Sieger muß bekränzen/  
Selbst aus Astræns Hand/auf unserm Helicon;  
Er/werther fahre fort/so wird sein Nachruhm glänzen/  
Und er besteiget lebt den höchsten Ehrenthron.  
Mit diesem solle seine schuldigkeit  
bezeugen  
**Hanns Christoph Gleichmann.**  
**B(E(O))G**

X2615927

WDA



# Farbkarte #13

B.I.G.



D. 1696 13<sup>a</sup>.  
STICO-PRACTICA  
**busdam** 13  
di in Judiciis:  
,  
itorum Senatus,  
SIDIO  
SSIMI, AMPLISSIMI,  
MIQVE  
**NERGERI,**  
Publ. Curiæ Electoralis,  
væ hic loci sunt, nec non  
ris Lufatiæ Marchionatu  
avissimi,  
ATRONI, ET STU-  
OTORIS  
colendi,  
n ventilationi  
M. DC. LXXVI.  
**US MARTINI,**  
sis  
GÆ,  
UNDI Ziegenbeins.